Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26010
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Jeremyas.

Verba Jeremye filij Helchye qui fuerunt de sacerdotibus qui fuerunt in anathoth in terra Benjamin. Et factum est verbum domini ad eum in diebus Josye filij Amon regis Juda in tredecimo anno regni eius. Et factum est verbum domini ad me dicens: Priusquam te formarem in utero novi te et antequam exires de vulva sanctificavi te et prophetam in gentibus dedi te. Et dixi: A a a domine deus ecce nescio loqui quia puer ego sum. Et dixit dominus ad me: Ne dicas puer sum quia ad omnes quos mittam ad te ibis et universa quecumque mandavero tibi loqueris. Ne timeas a facie eorum quia ego tecum sum ut eruam te dicit dominus. Et extendit dominus manum suam et tetigit os meum et dixit dominus ad me: Ecce dedi verba mea in ore tuo. Ecce constitui te hodie super gentes et super regna ut evellas et destruas et disperdas et dissipes et edifices et plantes. Et factum est verbum domini ad me dicens: Quid tu videns Jeremia? Et dixi: Virgam vigilantem ego video. Et dixit dominus ad me: Bene videsti quia vigilabo ego super verbum meum ut faciam illud. Et factum est verbum domini secundo ad me dicens: Quid tu videns? Et dixi: Ollam succensam ego video et facies eius a facie aquilonis. Et dixit dominus ad me: Ab aquilone pandetur malum super omnes habitatores terre. Quia ecce ego vocabo omnes cognationes regnorum aquilonis dicit dominus et venient et ponent unusquisque solium suum ante portas Jerusalem et adversus omnes muros eius in circuitu et adversus universas urbes Juda. Et loquar iudicia mea cum eis super omnem malitiam eorum qui dereliquerunt me et libaverunt diis alienis et adoraverunt opera manuum suarum. Tu ergo accinges lumbos tuos et consurges et loqueris ad eos omnia que ego precipio tibi. Ne formidines a facie eorum ne forte ego te confringam coram eis. Ego enim dabo te hodie quasi civitatem munitam et quasi columnam ferream et quasi murum aereum super omnem terram regibus Juda principibus eius sacerdotibus et populo terre. Et expugnabunt te et non prevalebunt adversum te quia ego tecum sum dicit dominus ut liberem te. Et dixit dominus ad me: Ecce dedi verba mea in ore tuo. Ecce constitui te hodie super gentes et super regna ut evellas et destruas et disperdas et dissipes et edifices et plantes. Et factum est verbum domini ad me dicens: Quid tu videns Jeremia? Et dixi: Virgam vigilantem ego video. Et dixit dominus ad me: Bene videsti quia vigilabo ego super verbum meum ut faciam illud. Et factum est verbum domini secundo ad me dicens: Quid tu videns? Et dixi: Ollam succensam ego video et facies eius a facie aquilonis. Et dixit dominus ad me: Ab aquilone pandetur malum super omnes habitatores terre. Quia ecce ego vocabo omnes cognationes regnorum aquilonis dicit dominus et venient et ponent unusquisque solium suum ante portas Jerusalem et adversus omnes muros eius in circuitu et adversus universas urbes Juda. Et loquar iudicia mea cum eis super omnem malitiam eorum qui dereliquerunt me et libaverunt diis alienis et adoraverunt opera manuum suarum. Tu ergo accinges lumbos tuos et consurges et loqueris ad eos omnia que ego precipio tibi. Ne formidines a facie eorum ne forte ego te confringam coram eis. Ego enim dabo te hodie quasi civitatem munitam et quasi columnam ferream et quasi murum aereum super omnem terram regibus Juda principibus eius sacerdotibus et populo terre. Et expugnabunt te et non prevalebunt adversum te quia ego tecum sum dicit dominus ut liberem te.